

Band III., Nr. 840, Seite 334-335

Abt Konrad von Petershausen übergibt den Schwestern und dem Konvent von Boos seinen Hof Boos gegen einen jährlichen Zins.

Petershausen, 1233. Oktober 21.

+ In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Ego C., abbas de Domo Petri, omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino. Quod loquimur transit, quod scribimus transire non potest. Notum sit igitur tam presentibus quam post futuris omnibus bone voluntatis hominibus, quod ego C., abbas de Domo Petri, de consensu capituli mei, curiam, dictam Boze¹, que monasterio nostro iure proprietatis pertinebat, sororibus et conventui de Bôze cum pratis et agris et omni iure quo ego et conventus meus eandem curiam possidebamus, omni legitima sollempnitate adhibita publice contulimus tali pactionis forma: ut dicte sorores et earum successores nobis et nostris successoribus tres libras denariorum et X solidos Constantiensis monete in festo sancti Martini singulis annis persolvant. Si autem dictum censum persolvere statuto tempore neglexerint, post octo dies ipsum censum duplicatum nobis persolvere tenentur. Quod si prefate sorores, quod deus avertat, sorte disperse, memoratam curiam dimiserint incultam, et censum tempore certo non persolverint, proprietates curie cum omnibus pertinentiis eius monasterio Domus Petri libere vacabit. Statutum est insuper, ut cum predictae sorores censum hunc redimere voluerint, ecclesie Domus Petri et fratribus ibidem deo servientibus XXX^a V marcas argenti persolvant et ab omni censu de cetero liberati^a sepredictam curiam cum omnibus que pertinent ad eam imperpetuum libere possidebunt. Ne autem hec donatio tam rationabiliter celebrata a perversis hominibus post hec infringatur, presentem paginam sigillo nostro nec non sigillis abbatis de Salem et ipsarum dominarum ad maiorem cautionem fecimus insigniri. Ego E., abbas de Salem, ad petitionem utriusque conventus, sigillum meum presentibus apposui.

 Acta sunt hec in choro Domus Petri, presente conventu eiusdem cenobii et multis aliis, anno ab incarnatione domini M^o. CC^o. XXX^o[^o]. III^o., concurrentibus V., indictione VI^a., XII^o. kalendas Novembris. Testes autem qui hec viderant et audierant sunt hii: E. venerabilis abbas de Salem, magister Fridericus, Oeteno canonicus Constantiensis, Berhto[l]dus plebanus de Liutkilche, Otto plebanus

^aLies: *liberate*.

¹Boos, , Ebersbach-Musbach, RV. Das Kloster wurde später nach Baidnt verlegt.

II

de Kilcheîn, Fridericus plebanus de Hedewanc², Heinricus plebanus de Blochingen, Waltherus plebanus de Hœdorf³, Chûnradus plebanus de Hœvdorf⁴, Heinricus de Bitzenhoven, Berhtoldus Trîvtelâer, Heinricus dictus comes de Mâengen et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Hanfschnüren hängen drei länglich runde, rötlichbraune Wachssiegel. 1) Auf dem ersten sitzt ein Abt, mit einem Buch vor der Brust in der Linken und dem Krummstabe in der Rechten, auf einem mit Hundsköpfen und Hundstatzen verzierten Stuhle. Umschrift: + CVNRADVS ABBAS DE PETRI DOMO (E und M gerundet). 2) Auf dem zweiten, ziemlich kleineren, befindet sich ein stehender Abt, ebenfalls mit dem Buch vor der Brust in der Linken und dem Krummstab in der Rechten und die Umschrift: . . IGILLum ABBTIS . DE . SALEM (die E gerundet). 3) Das dritte, wieder größere Siegel zeigt die auf einem gepolsterten Stuhl sitzende, gekrönte, mit einem Heiligenschein umgebene Maria, die mit der Linken das ebenfalls mit einem Heiligenschein umgebene Jesuskind, mit der Rechten die Weltkugel hält. Umschrift: + *Sigillum* . MAGISTRE . DE . BOZE (E und M gerundet).

²Laut WUB unermittelt. Vgl. das im 12. Jahrhundert als „Hedewanc“ erwähnte Herdwangen, Herdwangen-Schönach, SIG.

³Heudorf, Scheer, SIG, oder Heudorf, Dürmentingen, BC.

⁴Heudorf, Scheer, SIG, oder Heudorf, Dürmentingen, BC.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 369 U 48

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Petershausen

Aussteller:

Konrad II.; Abt von Petershausen (1225-1248)

Ortsindex:

Baindt Wohnplatz (19193)
 Baindt, RV
 Bitzenhofen Wohnplatz (18149)
 Bitzenhofen, Oberteuringen, FN
 Blochingen Wohnplatz (21155)
 Blochingen, Mengen, SIG
 Boos Wohnplatz (20672)
 Boos, Ebersbach-Musbach, RV
 Hedewanc
 Herdwangen Wohnplatz (21463)
 Herdwangen, Herdwangen-Schönach, SIG
 Heudorf Wohnplatz (17165)
 Heudorf Wohnplatz (21336)
 Heudorf, Dürmentingen, BC
 Heudorf, Scheer, SIG
 Kirchen Wohnplatz (16783)
 Kirchen, Ehingen (Donau), UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Leutkirch Wohnplatz (18245)
 Leutkirch, Salem, FN
 Mengen Wohnplatz (21164)
 Mengen, SIG
 Petershausen Wohnplatz (14450)
 Petershausen, Konstanz, KN
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)